Quelle:
Copyright:

IV Fol: 33-47.

Concilium diocesanum Pataviense ao 1419 celebratum, una cum actis Synodi provincialis Salisburgensis ao 1418 habita. Acta utrique habentur jam in Codice CXXII n: 4. & 5. sed hic longe perfectiora; unde si aliquando typis edenda forent, ex praefato Codice essent desumenda. Rubrica hic missa librarium prodit, et est sequens: Scripta super rescripta balla (a) per manus domini Joanis Rumph de Weytra patav: diocesis pro tunc cooperator divinorum in Gmunden anno domini M CCCC XVIII# Maximiliani episcopi beati quondam Laureacensis. Sed ratio, qui fieri potuerit, ut acta Synodi Patav. ao 1419 habita jam scriberentur 1418. Ad calcem Synodorum additum est mandatum Ruperti de Welz ad sui decanatus clericos de vita, et honestate, quod cum typis nondum prodiit, exscribere libet. Rubricam gestat.

Concilium diocesis Patavienses ao 1419, & provinciale Salisburg. ao 1418 celebra:

(a) Stilices Martini V. de concordatis n: praecedenti prolata, ad quas causa haec duae Synodi sunt celebrata.

probabiliter M CCCC XXIII.

"Copia mandati de vita et honestate clericorum."

"Rupertus de Welz Canonicus, et in Spiritualibus vicarius generalis ecclesiae nec non Cancellarius Curiae patav: ac decanus et plebanus in Chres (b) universis et singulis plebanis ecclesiarum parochialium Rectoribus vicariis seu loca tenentibus eorundem ac aliis presbiteris curatis et non curatis nec non clericis in sacris ordinibus constitutis etiam in minoribus

(b) Chrems.